



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **M. Ant. Mvreti Variarvm Lectionvm Libri XV**

**Muret, Marc-Antoine**

**Antverpiæ, M. D. LXXXVI.**

Cap. 9. Correctus Ciceronis locus ex oratione pro C. Rabirio perduellionis  
reo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70864](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70864)

Correctus Ciceronis locus ex oratione pro C. Rabirio perduellionis reo.

## CAP. IX.

MISERA est ignominia iudiciorum publicorum, misera mutilatio bonorum: miserum exilium. sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vestigium libertatis. mora denique si proponitur, in libertate moriamur, carnis exere, & obductio capitis, & nomen ipsum crucis absit non modo à corpore civium R. sed etiam à cogitatione, oculis, auribus. harum enim omnium rerum non solum euentus atque perpeſſio, sed etiam conditio, expectatio, mentio ipsa denique indigna ciue R. atque homine libero est. Ciceronis hæc verba sunt è luculenta illa oratione, qua consul C. Rabirium defendit perduellionis reum. in quibus cum duæ voces, seu meritò, seu immeritò, semper mihi suspectæ fuerint: non possum, quin suspicionem meam exponam. Harum vocum prior est, *obductio*. quanquam enim non sum nescius, obducere, interdum esse idem quod, obtegere; libentius tamen hoc loco legerem, *obnuptio*. nam quòd hoc vocabulum nusquam alibi apud Ciceronem legatur; ne obductio quidem. & obnuptio melius, ni fallor, conueniret cum diro illo & horrendo carmine, quod paulo supra recitauerat; *Caput obnubito; arbori infelici suspendito*. Altera earum, quas dixi, vocum est *conditio*: pro qua malle, *condictio*. Etenim condicere, vetere lingua, est denunciare; & *condictio*, denunciatio; vt & veteres Grammatici, & Iurisperiti docent. quo sensu, misericòdè hic, vt opinor, quadraret. Sed hæc opinione tantùm nixa sunt. quare cohibeamus assensionem, dum aliquid certius & exploratius afferatur.

Ciceronis

at. Mureti  
ia Lectiones  
LII  
28